



1605
 Lucensium Oratio luculentissima Pont. ma-
 ximo Alexandro sexto per Nicolaum Tygri-
 num Lucensem utriusq; iuris doctorem; elegan-
 tissime habita in Consistorio publico pro obe-
 dientia praestanda. Anno. M. cccc. xcii. Die
 xxvi. mensis Octobris. Emendata.

(Solome)
P. Longa Vol. II. Pag. 575. ff. 502.

Vereor Beatissime pater Ne dum Ciuitatis
 nostrae mandata exequimur parum debite
 sanctitati tuae & huius augustissimi loci am-
 plitudini & Lucensis populi desiderio satisfaciamus; qui uniuersus sine sexus etatis ordinisq; discrimine ad deosculandos Beatitudinis tuae pedes ad signa uere obedientiae; gratulationisq; praestanda; si fieri posset accessisset. Dabis (ut es in omnes humanus) pro tua benignitate Pont. maxime ueniam; & animum Lucensium si non potentia magnum fide; obseruantiaq; nemini cedente; non uerba pensabis. Existimet. S. T. Lucam ipsam nunc loqui; sed magis ornate. Existimet Lucensem populum ipsam quam eius nomine praestamus obedientiam Sed efficacius promptiusq; praestare Quam semp incorruptam; perfectam; inuiolatamq; seruauit; seruaturusq; est. Ex quo beatus ille Paulinus praesul & martyr ab apostolorum principe missus; primam etruiae urbem Lucam ad ueram christi fidem ab idolorum cultu reuocauit; eaq; iecit in istam sanctissimam sedem deuotionis constantieq; fundamenta; ut nec tempore (quod omnia consumit) nec ui ulla unquam dirui aut labefactari potuerint; possintue.

Quantum uniuerso populo xp̄iano letandum sit. Quā
maxime deo immortalī gratiā agēdā qui talem ac tan
tum pastorem gregi suo proficere dignat⁹ sit nemo est
qui nesciat. Quid innumerabiles uirtutes tuę cūcto or
bi notā. Quid maxima doctrina cum longa rerum ex
perientia cōiuncta. Quid religio a teneris annis imbu
ta ad hanc usq; perfectissimā atatem cōtinuata. Quid
naturalis bonitas & liberalitas polliceri aliud debēt aut
pnt. quā cum supremę dignitatis cumulo ea oīa sup
prema cumulataq; in religionis xp̄ianę capite futura.
Quid istud Alexandri diuinitus impositum nomē. &
animi tui magnitudinī conueniens. nōne uictoriam ad
uersus omnes chatolicę fidei hostes pmittere uidetur.
Nam quanto superat Alexāder maximus magnū. quā
toq; maius est Romanorum esse principem. q̄ mace do
num. & quanto excellentius est dei omnipotentis uica
rium. q̄ hominum regem esse. quantoq; dignior est pō
tificialis a deo potestas quacunq; terrena dignitate. tan
to magis sperandum. immo credendum xp̄ianorū impe
rium. religionemq; ipsam non solum firmam. solidam
ue futuram. sed omnes orientis. populos sub Alexādrī
maximī pontificis ductu atq; auspicio ad sacratissimā.
sanctissimamq; fidem nostram redituros. Quid iste tu
us diuinus & maiestate plenus aspectus. Quid uultus
& facies uenerabilis. Nonne omnes qui intuentur ad
queq; maximā capeffenda incitare uidet. Si enī. C. Ju
lium cesarem. Hispaniā questorem (unde tibi origo est
beatissime pater) sola Alexandri magni uel statua. uel in

anis pictura apud Gades conspecta ad eius magnifica
gesta imitanda comouere potuit. Quid non effecta sed
ueram uiuamq; Alexandri maximi effigiem effectura
credimus? Iam iam audito solo nomine totius Italiae Hi
spaniarum Germaniae Galliae Britanniae Panoniaeque prin
cipes & populi comouentur: incitantur: inflammantur.
Omnes sese preparant ut debita reuerentiae signa chri
stianorum patri & principi Augustissimo exhibeant Ale
xandri nomen: quod christo deo nostro gratum semper fu
erit: uel hoc unico argumento comprobasse satis sit.
Quod nec Tiberium de cultu eius cogitantem: nec Trai
anum christianis placidum & magnae uirtutis uirum:
nec Hadrianum qui ei quoque templa construxit. Sed so
lum Alexandrum Mamee filium primum Romanorum
imperatorum: a quo inter deos referretur: & honore diui
no coleretur elegit. Quid non perfectum sperare possu
mus sub tuo imperio beatissime pater cum ita omnia con
ueniant? Senarius numerus qui Alexandri nomini ad
ditur: & in musicis Arithmetica & sacris litteris perfecti
onem tenet: & ut Platonis in thimeo sententiam preter
mittam diui Gregorii in aureo moralium libro uerbis
utar. Senarius numerus iccirco perfectus est: quia pri
mus in numeris completur suis partibus id est sexta sui
parte tertia & dimidia quae sunt unum duo tria: quae in
summam ducta sunt sex. Nec ante senarium numerum ali
reperit qui suis partibus dum diuiditur tota eius summa
compleatur. Senarius quippe Numerus in scriptura

facta perfectus est: quia in mundi origine dominus: quae
primo die cepit sexto opera impleuit. Optimi ac supre-
mi dei uoluntas a quo cuncta procedunt: Eligetium di-
gnitas & excellentia. Totius amplissimi ordinis consen-
sus: Electi merita: Nomen: Numerus: ita concordant: tam
dulcem suauemque sonum mentibus omnium reddunt
ut Armoniam ex qua mundus ipse constare dicitur: in
ipsius mundi a deo constituto uicario tam optima per-
ficiant: quod nihil dissonum: nihil incōcinnū: nihil discre-
pans inueniri possit. Quantū gaudii: letitię: speique deuo-
tissimi tui Lucenses ex uniuersali bono percipiant quodque
facile cogitare potest. Sed est eis peculiare quoddam ex
obligatione procedens uinculum quo ita alligantur ita
astringuntur: ut ne dissolutum quidem non sit: sed ne
dissolui possit aut cupiant tam dulce & suaue est. Quo-
fit ut proprios animi affectus exprimere nequeamus.
Tantus est enim beneficiorum cumulus a pontificibus ma-
ximis in Lucenses profectus ut nec enumerari nec refer-
ri possit. Plena est Ciuitas nostra priuilegiis amplissi-
mis: cum in Episcopum. Canonicos: Abbates: Priores: Eccle-
siasticosque omnes: tum in ipsos seculares magistratus ci-
uitatemque uniuersam: pleni libri decretalium Lucensibus:
Quod libertatem retinemus: Quod centum uiginti tribus an-
nis nulli extero seruiamus: beneficio sedis apostolicę fa-
ctum quis ignorat: Recens est Urbani. v. Lemonicen-
sis liberalitas inaudita Pont. max. magnificētia: qui mi-
seratus urbem ecclesię deuotissimam seruire: accito Caro-
lo. iiii. ex Germania erogatis quinquaginta milibus au-

reorum no
Quod Vr
bertate lib
re non por
peteret: no
ciuitatis no
ornato don
ciam public
Benedicti. x
num ponti
Ad Alexadr
nignum: q
pontificibus
qui cum pon
pus suū in no
in templo na
constructo ca
tus honorat
maximo pop
tio & Theod
que celebrat
eius sanctitas
scopique Luc
notiora preter
apostolicā sed
na Cadulum
referam. Quo
nunq̄ dedigna

reorum nos a durissima & immanissima seruitute eripuit
Quod Urbanus sextus paulo post confirmans ut ad li
bertatē libertatis quoq; & iustitiā (sine qua libertas sta
re non potest) insignia adderet: dum Genua Romam
peteret: nocte natalis dñi diuinis peractis suppreum
ciuitatis nostræ Magistratū ense & pileo gēnis auroq;
ornato donauit: Quę hodie ob apostolicę sedis reuerē
tiam publice deferunt. Calixti. ii. Luti. iii. Gregorii. ix
Benedicti. xii. Nicolai. v. Pii. ii. Reliquorumq; fere om
nium pontificum beneficia innumerabilia obmittam
Ad Alexādos festinat oratio. Breui perstringam: q̄ be
nignum: q̄ munificum: q̄ liberale Alexandri nomen in
pontificibus Lucensibus fuerit. Primus ille Romanus
qui cum pontificatu martyriū quoq; cōronā meruit cor
pus suū in nostram ciuitatem deferri dignat⁹ est. Vbi
in templo marmoreo: altero etiam prius eius in honore
constructo canonicorū collegio & priore ornato sepul
tus honorat⁹ & colit⁹. Singulisq; annis. v. Non. Maias
maximo populorū concursu martyriū eius qđ cū Euen
tio & Theodoro sub Hadriano passus est religiose pi
que celebrat⁹. Multisq; & maximis miraculis quotidie
eius sanctitas refulget. Alexandri. ii. Mediolanēsis epi
scopi; Lucensis immensa in filios suos beneficia tanq̄
notiora pretermittā. Matildisq; nobilissimę fœminę in
apostolicā sedem deuotionē præsidiaq; a Lucēsb⁹ con
tra Cadulum missa tacebo. Illud dūtaxat amoris signū
referam. Quod existens in pōtificis maximī dignitate
nunq̄ dedignatus est se sacrosanctę Romanę ecclesię

presulem & Lucensem episcopum appellare. Magnum quidem dilectionis in patriam nostram monumentum. Ad Alexandrum .iiii. uenio quem patria Sena a natura nobis amicissima cum satis conciliaret; deuotionis tamen nostrae in ecclesiam Romanam conscius post multa ueri amoris signa Alderigum Alucingum nobilem Lucensem Cardinalem creauit quem sibi successorem in Pontificatu faceret qui Lucius .iiii. appellatus est. Quarti Alexandri tempora quanta fuerit Lucensium fides bellumque illud pro apostolice sedis defensione contra Manfredum Regem susceptum satis declarare possunt. In quo uno proelio apud Arbiam facto quinque milia Lucensium desiderata sunt; & cum post cladem illam; immo stragem ceterae Etruriae ciuitates pontificis partes deseruissent; sola Luca in fide permansit. Omnesque ecclesiae fautores a propriis sedibus eiectionem recepit; & tutata est obseditio nem durissimam. fame; incendia; rapinas; caedesque constantissime pertulit. De .v. Alexandro uiro quidem & doctissimo & sanctissimo cum antea morte praeventus fuisset quae qualis futurus esset mundo ostendere potuerit pauca referri possunt. Pisis tamen pistorium & deinde Bononiam petiturus; per agrum nostrum iter fecit Lucensibus satis in illo rerum turbine fidens; ubi benigne habitus; & ut pontificem decebat cum ueneratione acceptus optime nobis affectus discessit. Haec attigisse iuuat beatissime pater non quo te Alexandrorum exempla in Lucenses moueant; qui satis abunde domestica uirtute; propria liberalitate; & animi magnitudine suffultus es. Sed

ut intelligeres quantum post pontificalem dignitatem
post naturalem bonitatem tuam ; in isto etiam nomine
pro sua libertatis conservandae & civitatis amplifican-
dae desiderio fidei : speiq; reponant. Tutos enim se futu-
ros tuo sub iustissimo imperio cōfidunt. Sanctitas tua
deuotissimos Lucenses suos quorū omnium seruitutem
deuotionē animosq; ante eius pedes conspectūq; offer-
rimus in ea protectione recipiat : In qua omnes quibus
diuinitus datum est in ista sanctissima sede sedere reci-
pere dignati sunt. Ita rogamus : ita pcamur : ita toto mē-
tis annixu petimus. Sic summus ille misericordiarū pa-
ter ut te uerum Iesu xpi uicarium credimus ueneramur
& colimus. id tibi bñssime pater dū uita supererit (quā
longissimam optamus) tribuat q; optimo dominici gre-
gis pastori iustum cōueniens partiq; sit. Et celi referet
limina post obitum : Ita oramus. Laus deo.

Dixi.

EIBRB HIBRONKMN SYABDHOS

LIBRI HIERONYMI SVARDI (?)

Hain* 15753

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 15 horizontal lines.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page, centered horizontally.



